UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Caput I. Unde oriatur hæc subjectio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

DECAS IV.

De ſubjectione Regularium ob curam animarum & adminiſtrationem Sacramentorum.

CAPUT I.

Unde oriatur hæc ſubjectio.

135. *Apoſtolorum ampliſſima poteſtas fusè deducta.*

136. *Epiſcopi non ſucceſſerunt Apoſtolis in extraordinaria poteſtate.*

137. *De quaſi contractu Regularium & Epiſcoporum.*

135. QUanquam SS. Apoſtolis à CHRISTO in orbem univerſum dimiſſis, ſpecialique Divinæ gratiæ præſidio in ſanctitate vitæ ac dogmatibus fidei confirmatis auctoritas ubique prædicandi, ſcribendi libros canonicos, fundandi & regendi in qualibet mundi parte Eccleſias &c: conceſſa fuerit, ſic exigente primo ac breviſſimo

rerum illius temporis ſtatu, ut, qui
tum orbem, in errorum tenebris
centem, ad veritatis lucem perduc
dum ſuſceperant; nec inter gentes in
mitas ac Chriſtianismi prorſus exp
ullam penè habebant occaſionem
S. Petro, tanquam ſupremo in te
Præſide, ac Generali CHRISTI V
rio conferendi, obtinerent facult
indiſcriminatim fungendi Apoſtol
munere ac omnia & ſingula ubilibet
ciendi, citra erroris aut confuſi
dogmatum ſacrorum, in quibus fue
corroborati periculū, quæ introduc
ni ac propagationi Orthodoxæ fide
dicarent opportuna.

136. Aliud tamen ordinatum fu
CHRISTO de ſubſecutis Epiſcop
Spiritu S. poſitis regere Eccleſiam D
aucto fidelium numero, inter quos
ſchismata ac divulſiones ſubortas, i
met Apoſtoli tum adhuc viventes
uno ſummo Capite, diviſionem Di
ceſum à CHRISTO conſtitutam p
eju

ejusmodi caſibus, in praxin ac uſum redegerunt, quin Epiſcopi ſingulis diſtrictibus deputati, in generaliſſima illa & extraordinaria poteſtate ſucceſſerint Apoſtolis per ſpecialiſſimam DEI gratiam de perpetua in rebus fidei unitate ſecuris.

137. Sed quoniam Regulares vel ob excreſcentem fidelium cœtum, vel ob intepeſcentem Eccleſiaſticorum fervorem, vel per importunam fimbriarum ſuarum dilatationem, in partem adminiſtrandæ ſalutis animarum admitti contigit, hoc non ita cœcè nec indifferenter omnino factum fuit, quin Epiſcopo loci, tanquam ſupremo Vineæ ſibi commiſſæ *Præfecto*, per quendam implicitum quaſi contractum, ſuſcipiendo in Ejusdem vinea munus operariorum, ſe obligaverint ad parendum eidem in omnibus functiones ejusmodi reſpicientibus, adeò quidem ut à culturæ Domino eatenus dirigi debeant, ad confuſiones quaslibet evitandas.